

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

Omeis, Magnus Daniel

Norimbergae, 1699

16. Sara

urn:nbn:de:bsz:31-105410

pater magnus plurimarum gentium, vir ante alios omnes gloria insigni præstans: gestivit videre adventum Messiae; fide vidit, & spe sua lætatus est. A duobus filiis in Hebronæ, anno ætatis centesimo septuagesimo quinto, cum honore sepelitur. Filios Abrahamæ Scriptura usque ad finem mundi eos nominat, qui Dei promissionibus credunt.

16.

SARA.

Sara uxor Abrahami, patria dulci & propinquis optatissimis relictis, virum sponte in exilium sequitur: propter eximiam formam bis rapta, semel in Ægypto, iterum in Palæstina: deducta in regia gynæcea, Deo custode, salva pudicitia restituitur. Ancillam propter spem promissionis marito despondet, prolis causa: sed eam suscepto filio superbientem, domo exigit. Ipsa tandem præter natu-

naturam
vaticini
non fuit
no ætat
tronar
xus fuit
riti ob
num f
omni
Paulo
sua ty
plum
tur, ne
tu pla
te, h
anno
prim
norifi
17.
Lo
pos,
mi o

naturam fide filium parit, Deique vaticinium, quod riserat, vanum non fuisse comperit, mater facta anno ætatis nonagesimo. Decus matronarum, propter pietatem: & sexus sui ornamentum, propter mariti observantiam: quem ut dominum suum nullo loco deserit, ita omni tempore colit & veneratur. A Paulo Apostolo credentium & Ecclesiæ typus prædicatur: a Petro exemplum omnibus mulieribus proponitur, ne magis auro, cincinnis, vestitu placere studeant, quam sanctitate, lenitate & beneficentia. Obiit anno ætatis centesimo vigesimo septimo; quam maritus luxit, & honorifice sepelivit.

17. *LOTHVS.*

Lothus filius Haranis, Tharæ nepos, Saræ frater, patruī sui Abrahami comes individuus, bona cum eo